

DE EVCHARISTIAE SACRAMENTO.



SACRAMENTO Eucharistiæ Ecclesia nihil
sublimius habet. Quid enim augustius, quàm
quòd ecclesia per corporis & sanguinis domi-
ci participationem, etiam iuxta naturam & sub-
stantiam vnum cum Christo efficitur, & quo-
dammodo in deum suum transformatur? Quid efficacius ad
perfectam, indissolubilémque concordiam fouendam, quàm
quòd ecclesia eodem corpore vescens, eundem sanguinem
bibens, per eundem spiritum in vnum corpus redigitur, &
Christo capiti viuo, viua connectitur? Et eatenus hoc sacra-
mentum cæteris sacramentis, tum veteris, tum noui Testa-
menti

In cateris menti maius & excellentius est, quod in aliis elementum seu sacramen- exterior species, nullam substantialem mutationem recipit. Neque enim aqua baptismatis, aut oleum chrismatis cōsecra- or species ta, in aliam naturam mutantur, neque Spiritus sanctus (quem nō muta- aqua in baptismo significat abluentem & emūdantem, chris- tur substā- ma verò in confirmatione roborantem & illuminantem) in tialiter. eisdem elementis essentialiter continetur, quamuis credenti- In sacra- bus in mysterio exhibeatur & detur. At solum sacramentum mento alta panis & vini, potentia verbi diuini ita mutatur, vt substantia- ris non ma- liter non sit quod antè fuerat, sed quæ ante consecrationem net quod erant panis & vinum, post consecrationem sint substantialis antè fue- caro & sanguis Christi. Vnde (id quod paulò antè diximus) rat. consequitur, nempe nos virtute huius tam eximij sacramenti non solùm spiritualiter (quod recta fide charitatēque sincera fit) sed & corporaliter Christo vniri, vt simus non tantùm spi- ritu ei conglutinati, sed & simus membra corporis eius ex car- ne, & ex ossibus eius, quemadmodum apud diuum Paulum Eph. 5. legimus. Sic enim eum locum orthodoxi patres, in pri- mis vetustissimi illi, Cyrillus ac Hilarius interpretantur. Sed de hoc infra latius dicemus. Nunc nobis, quem institutionis causa delegimus, ordo sequendus est.

Cyrillus.
Hilarius.

De nomine in primis videndum. Constat autem varias esse huius sacramenti appellationes.

Eucharistiam verò quidam gratiarum actionem, quidam bonā gratiam interpretantur. Basilius hoc sacramentum, Eucharistia cur di- catur. Basilius. gratiam exprimere volens, corporis & sanguinis Christi gratiam appellat: vtrique rectè. in eo enim Christus, qui gratia & veritate plen⁹ est, seipsum nobis exhibet, ac testatur carnem suam, quam ipse æternum patris verbum, mortalis factus, nostri causa suscepit, pro nobis crucifixam & sanguinem suum pro nobis in cruce effusum esse in remissionem peccatorum nostrorum: iubetque nos eandem carnem pro nobis vulneratam sumere, & sanguinē bibere, idq; in suam cōmorationem, hoc est, vt pro tantis beneficiis in Eucharistia, tanquam in nostræ redemptionis, & futuræ salutis ac gloriæ pignore, nobis exhibitis, ipsi gratias agamus, quemadmodum diuus Paulus ait: Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat.

Ibidem.

Canit

Canit itaque ecclesia, ad Eucharistiæ nomen alludens: O sacra- Ecclesiæ crum conuiuium, in quo Christus sumitur, memoria passio- canticum. nis eius recolitur, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur: Halleluia, quod est laudate dominum, nimirum pro tanto nobis collato beneficio. Dicitur quoque hoc sacramentum Græcis synaxis, id est, conciliatio seu commu- Hoc sacra- nio, quod hoc mysterio significetur & confirmetur arctissi- mētum cur ma coniunctio mystici corporis cum capite, hoc est, Christi synaxis di & ecclesiæ, & omniū Christi membrorum, Christi nomen ve- citur. rē profitentium inter se, quæ appellatio ex diui Pauli verbis desumpta est, dicentis: Calix benedictionis cui benedicimus, 1. Cor. 10. nōne communicatio est sanguinis Christi? Et panis quem frangimus, nōne participatio corporis domini est? Quoniam multi vnus panis, & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Gemina ergo ista nomina ab effectu sacramenti desumpta sunt, de quo infra latius dicemus. Quod hodie quidam hoc sacramentum exemplo diui Cœna do- Pauli, cœnam dominicam malunt appellare, id non admo- mini. dum improbandum, modò nouandi studium abesser. Carte. 1. Cor. 11. rum post Paulum vix reperias quenquam ex patribus, qui hoc Augu. ad sacramentum cœnam dominicam appeller, postquam scilicet Ianua. visum esset Spiritui sancto, vt in honore tanti sacramenti in os Christiani hominis dominicū corpus prius intraret quàm alii cibi: non enim quia post cibos dedit dominus, propterea pransi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum conuenire debent, aut (sicut faciebant quos Apostolus redarguit & emendat) mensis suis ista miscere. Nam Saluator, quo 1. Cor. 11. vchementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit insingere cordibus & memoriæ discipulorū, post cœnā hoc sacra- à quibus erat ad passionem digressurus. Quo autem ordine mentū in- deinceps sumeretur, apostolis, per quos ecclesias dispositurus stituerit. erat, docendum reseruauit.

Verbum huius sacramenti est sermo Christi, cuius virtute hoc sacramentum conficitur, cuius efficacia panis fit corpus Christi, & vinum aqua mixtum transit in sanguinem. Hunc sermonem ecclesia sancta dei à domino suo Christo In canone. Iesu per apostolicam traditionem acceptum, sic pronuntiat: Accipite & manducate ex hoc omnes: hoc est enim corpus meum. Et iterum: Accipite & bibite ex hoc omnes: Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, mysterium

G ii fidei.

Augu. c. vtrum. de consecrat. dist. 3. fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Reliqua omnia quæ dicuntur, vel ad vsum sacramenti pertinent, vel laudes, vel gratiarum actiones sunt, vel certæ obsecrationes & fidelium petitiones. Tam autem apertus est hic Christi sermo, quo hoc sacramentum (vt diximus) conficitur, vt planè infani sint, qui eum secus quàm à Christo dictus est, interpretari, quin potius dedita opera deprauare (sed frustra) contendunt.

Ioan. 14. Christus enim æterna illa veritas, quæ omnino mentiri non potest, vt euidentissimè nobis ostenderet, quid in hoc traderet sacramento, quum hoc ipsum diuina potestate institueret
2. Tim. 2.
Matt. 26. ac porrigeret, simplicius ac apertius dicere non potuit, quàm
Marc. 14. quod attestantibus Matthæo, Marco, Luca euangelistis, dixisse legitur: Accipite & comedite: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Acto. 6. Itidè diuus Paulus vas illud electionis, cuius experimentum habemus, quia in eo loquitur Christus, dominicam institutionè renarrans, sic habet. *1. Cor. 11.* Ego enim accepi à domino quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescunq; bibetis in meam commemorationem. Porro hic sermo quem retulimus, nec humanus nec angelicus etiam putandus est, sed planè diuinus, quem etsi pronuntiet consecrans sacerdos, homo mortalis, tamen pronuntiando non suis, sed Christi verbis vtitur. Itaque non sacerdotis, sed Christi sermo est, cui omne genu flectitur, cœlestium, terrestriū, & infernorum. Is vtique sermo, quo facta sunt omnia, quum antea nō essent. Ante conditionem mundi cœlum non erat, mare non erat, terra nō erat, nulla creatura erat. Sed audi dicentè: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Ergo quum Christus illud æternū dei verbū, per quod facta sunt omnia, exertissimè dicat: Accipite & comedite. hoc est corpus meum. Et iterum, Accipite & bibite, hic est sanguis meus, certissimè credere debemus, hoc quod nobis porrigitur esse & verum corpus, & verum sanguinem Christi, licet ante consecrationem, quæ fit hoc

Chrysoft. homil. 51. in Matth. cap. 14. Philip. 2. Gene. 1. Ioan. 1. Ambr. de sacramēt.

hoc omnipotenti verbo dei fuerit panis & vinum, quod qui non facit, is ne primum quidem Apostolici symboli articulum mente percepit, neque etiam in Deum omnipotentem credit, qui verbo eius omnipotentia detrahit. Rursus qui omnipotentiam diuini verbi intelligit, is statim colligit, quòd deus quæcunq; vult, facit in cœlo & in terra. Et vt Paulus ait: *Psal. 134.* Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Quòd si tanta *Roma. 2.* vis est in sermone domini, vt incipiant esse quæ non erant, *Ambr. de sacra.* quato magis operatorius est, vt quæ erāt, suo iussu in id quod prius non erant (id est, in corpus & sanguinem suum) commutentur? Quum itaque Christus, inuisibilis ille sacerdos, per visibilem ministrum, panē in manus accipit, ac benedicit, dicens, Hoc est corpus meū: scito ibi statim ac certissimè esse corpus Christi. Itidè ad hæc verba, Hic est sanguis meus, statim adesse sanguinem Christi. Absit ergo, vt fidelis quispiam aurem accommodet impiis illis Sacramentariis hæresiarhis, qui ex cæcata mēte omnipotentiam Christi in hoc sacramento credere vel comprehendere detrectant, quos tanquam pestē quandam lethalē vitare, ac intellectum nostrū in obsequiū Christi captiuare debemus, exemplo fidelis patris nostri Abrahamæ, qui in re promissione dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam deo, plenissimè sciens, quia quæcunq; promissit Deus, potens est & facere. In solum Christi testimonium, quod non potest non esse verissimum (quod Christus sit ipsa veritas) intueri debemus. Ipse est qui testificatur nobis quòd corpus suum accipiamus & sanguinem. sic enim ait: Accipite, hoc est corpus meum. Nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare, qui vt omnem nobis scrupulū eximeret, addidit: Quod pro vobis tradetur: id est, non aliud, sed illud idem substantialiter, quod pro vobis redimendis tradetur ad mortem, & crucifigeretur? Neque enim vel hoc imaginandum est, quòd ipsum corpus in utero virginis formatū, deinceps formetur, sed illud ipsum corpus quod per Spiritum sanctum in utero virginis formatum, & igne passionis in ara crucis decoctum est, verbo cœlesti conficitur. Deinde, ne hæc tanta mysteria in persona seu dignitate ministri seu sumentis metireris, adiecit: Hoc facite. Hoc inquam, id est hoc ipsum quod ego nunc facio, instituo, ac faciendum & sumendum iubeo, facite & vos, nimirum ex pane corpus meum, non vestra virtute, sed meo verbo consecrate,

Non solū
Apostolis
hæc pote-
stas con-
cessa.

1. Cor. 11.

[Handwritten notes]

Ambr. de
sacra. c. 6.

Veritas
corporis
Christi ex
Paulo.

1. Cor. 11.

Ibidem.

Sensus ver-
borum apo-
stoli.

Corinthij
reprehensi
grauius a
Paulo.

accipite & manducate, ac aliis manducandum porrigite. Rur-
sus, ne putares hanc potestatem conficiendi & porrigendi cor-
pus dominicum, Apostolis tantum fuisse concessam, adiecit:
In meam commemorationem, id est, corpus meum accipite
& manducate per successionem temporum vsque in finem se-
culi, in memoriam passionis meæ, quemadmodum diuus Pau-
lus cæteris Euangelistis, apertius retulit, dicens, Quotiescun-
que manducabitis panem hunc, & calicem domini bibetis,
mortem domini annuntiabitis donec veniat. Ergo hoc ip-
sum quod Christus fecit, quod deinde Apostoli eius manda-
to fecerunt, nunc quoque per sacerdotes & fideles ipsius in
consecrando, porrigendo, & manducando corpore domini-
co fit, & deinceps fiet, donec ipse redierit ad iudicandum vi-
uos & mortuos. Interea enim oportet perpetuo meminisse
& prædicare mortem Domini, & annuntiare remissionem
peccatorum in nomine eius, videlicet quod is per mortem &
sanguinem suum nos à morte æterna redemerit, remissio-
nemque peccatorum & vitam æternam impetrauerit, quod
certè maiori seruo facere aut exprimere haud possumus, quàm
edèdo corporis Christi in commemorationem corporis eius
pro nobis in cruce mortui, & bibendo sanguinem Christi, in
commemorationem sanguinis Christi pro nobis in cruce ef-
fusi. Iam ut Apostolus veritatem dominici corporis in Eucha-
ristia magis etiam confirmaret ac testatorem redderet, sic
subintulit: Itaque quicumque manducauerit panem hunc, &
biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sangui-
nis domini: Et iterum. Qui enim manducat & bibit indignè,
iudicium sibi manducat & bibit, non diludicans corpus Do-
mini. Quorum verborum sensus est: Quandoquidem domi-
nus Iesus testatur se in hoc sacramento, nobis tradere verum
corpus ac sanguinem suum: itaque quicumque manducaue-
rit indignè, reus fit corporis & sanguinis domini, id est, rea-
tum damnationis æternæ incurrit, ac pœnas mortis Domi-
ni dabit, quia non diiudicat corpus Domini, id est, non di-
scernit quàm sit hoc corpus dignius omnibus creaturis, tam-
etsi quod ad externam speciem attinet, videatur esse panis:
Id quod ipse Apostolus graui censura coarguit in Corin-
thiis, qui non diiudicabant illud, sed velut quemlibet ci-
bum indiscretè, negligentèrque sumebant. Quos & superius
commonefaciens, ait: Calix benedictionis cui benedicimus,
nonne

nonne communicatio sanguinis Christi est? Et panis què fran-
gimus, nonne participatio corporis Domini est? Quibus ver-
bis nihil aliud significatur, quàm porrecto nobis sacramento
sub speciebus panis, & vini in Eucharistia, exhiberi nobis cor-
pus & sanguinem Christi, qui ut communicauit carni & san-
guini propter nos, ita ea per quæ nobis coniunctus est, indi-
cibili charitate nobis rursus communicat & impertit. Ex qui-
bus omnibus manifestum euadit, quid Christianum hominè
de hoc sacramento omnium maximo sentire, & interrogatum
respondere oporteat, nempe in hoc sacramento nobis ad mæ-
ducandum & bibendum exhiberi verum corpus & verum san-
guinem Christi, sub speciebus panis & vini ex ipsius Christi
institutione. Ipse est enim (ut supra diximus) ipse inquam est,
non minister, qui nobis carnem & sanguinem suum (licet
per ministrum sacerdotem) porrigit, quod verba sua clarif-
simè testantur.

Elementum ergo seu materia huius diuinissimi sacramen-
ti, panis est, & vinum aqua mixtum, ad quæ quum accedit
verbum, transeunt in verum corpus & sanguinem Christi, &
fit sacramentum. Hoc (inquit Augustinus) est quod dicimus,
quod modis omnibus approbare contèdimus sacrificium ec-
clesiæ duobus confici, duobus constare, visibili elementorū
specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & san-
guine: sacramento, id est, visibili, sed mystico signo, & re sa-
cramenti, id est, corpore Christi, quanquam hæc adnotandum
est, rem huius sacramenti geminam esse. Vnam, quæ sub spe-
ciebus panis & vini verè continetur, nempe carnem & san-
guinem Domini, atque illud ipsum corpus quod pro nobis
traditum est: quæ res, huius sacramenti basis & fundamentū
est, Alteram, quæ est huius sacramenti virtus & efficacia, secū-
dum quem dicendi modum rem huius sacramenti, vnitatem
corporis Christi (quæ est ecclesia) appellamus, quæ res magis
significatur hoc sacramento quàm contineatur. Dicimus au-
tem species panis & vini tantum sacramentū, & non rem esse
sacramenti, quod sint sacræ rei signum: siquidem præter spe-
ciem, quam sensibus ingerunt, aliud faciunt in cognitionem
venire. Quod ut paulò manifesti⁹ euadat, nosse oportet, nul-
lum elementum congruentius esse ad significandum rem in
hoc sacramento contentam & significatam, quàm sunt panis
& vinum. Qui in scripturis vel mediocriter versati sunt, no-

1. Cor. 10
Hebra. 23

Quid chri-
stianū ho-
mine in de
hoc sacra-
mento inter-
rogati re-
spondere
oporteat.

Cypria de
cæna do-
mini sub fi-
nem.

Augu. in
lib. senten-
prosper. c.
hoc est. de
cõsec. di. 2.

Augu. de
sacra fide.

Species pa-
nis & vi-
ni tantum
sacramentū

uerunt appellatione panis, nō tantum hunc, qui ex farre frumentitio conficitur, venire, sed per panem interdum significari Christum, quemadmodum idem de seipso ait: Ego sum panis viuus qui de cælo descēdi. Ipse enim vnigenitus filius, verus panis est, qui quum sit ex substantia patris naturaliter cuncta viuificans, vniuersum terrarū orbem potest nutrire, & toti mūdo vitā præbere, qui & solus per Spiritū sanctum, spiritum nostrū viuificat, & corpus ipsū a corruptione liberat. Quia verò Christus hunc mirabile in nobis operatur effectum virtute passionis & mortis suæ, quam in carne sustinuit, frequenter panis, Christi corpus significat, vt est apud Hieremiā: Venite (quæ est Iudæorum vox) mittamus lignum in panē eius, hoc est, crucem in corpus eius. Interdum, verbum Dei, quo fidelis anima reficitur ac sustentatur, panis dicitur. Nam vt in Deuter. legimus, & Christus in Euāgelio testatur: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Hic enim est panis ille supersubstantialis, quem petimus nobis quotidie dari, interdum panis, omnia ad vitæ præsentis subsidium necessaria designat, & præsertim panē illum materiale, quo potissimum victitamus: Ergo quum Christus se ipsum nobis in sacramēto exhibere & porrigere, esuque corporis sui, in fide verbi diuini, reficere, sustinere & conseruare nos voluerit, elementum delegit, quod ad hæc omnia significanda, & non tantum menti, sed & oculis nostris inculcanda congruentissimum est. Vt enim panis hic terrestris imbecillitatem carnis nostræ reficit, sustinet & conseruat, & vinū hominem lætificat atque inebriat: sic caro & sanguis Christi, quum non tantum sacramentaliter, sed & spiritualiter manducantur, interiorem hominem mirificè reficiūt, lætificāt & faginant, quum scilicet intelligit se per Christum adeptū esse omnia, regenerationem, iustificationem, & vitam æternam. Quam refectionē præuidens Dauid, cecinit: Calix meus inebrians, quā præclarus est? Deinde cum ecclesia Christi corpus mysticum sit, & illius vnitatem, perceptione huius sacramenti Christus nobis commendare voluerit, panis & vini materia congruentissimè delecta est. Quoniā sicut ex multis granis conficitur vnus panis, & ex pluribus acinis vinum cōfluit, & vnum corpus ex multis membris cōponitur, sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante cōnectitur. Mysterium siquidem pacis & vnitatis nostræ, Christus in sua mensa cōse-

crauis

crauit. Præter ea sic oportebat adimpleri scripturam, & vmbra per superuenientem lucem euacuari, & veritatē figuræ respōdere. Quod enim Melchisedech typum Christi portarit, declarat Spiritus sanctus ex persona patris ad filium dicēs: Antequam tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Hic est (inquit Apostolus) Melchisedech, qui obuiauit Abraham reuerso a cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit Abraham, Primū quidem, quia interpretatur rex iustitiæ, deinde autē & Rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finē vitæ habens, assimilatus filio Dei, manet sacerdos in æternum. Quæ tamen Apostoli verba sic intellige, non quod Melchisedech sine patre & sine matre fuerit, sed vt scriptura in typo nobis ostenderet sacerdotium Christi, finem non habiturum, subito introducit in Genesi, Melchisedech occurrise Abraham, a cæde hostiū reuertenti, cuius quidem nomen, nec antea, nec postea reperitur ascriptum. Hic Melchisedech (quemadmodum scriptura refert) proferens panem & vinū, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit Abraham. Quis est iste Melchisedech, qui significatur rex iustitiæ, rex pacis, nisi Christus, qui solus est Dei iustitia, Dei pax, & Dei sapientia? in quo solo iustificamur, & iustificati per fidem, pacem habemus apud Deum? Hic protulit panem & vinum, dicens: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. hic benedixit fidei Abraham, & obrulit semetipsum pro eo verum sacrificium. Per suum enim sanguinem, benedictionem, id est peccatorum remissionem acquisiuit illi, imò & omnibus electis, qui expectauerunt eum ab origine mundi.

Non enim benedictio illa ad Abraham tantū, sed ad nos pertinet. Nam si Abraham Deo credit, & reputatum est illi ad iustitiā, vtique quisquis Deo credit & fide viuit, iustus inuenitur, & iam pridem in Abraham fidei (cui Deus repromissit, quia in illo benedicentur omnes gentes) benedictus & iustificatus ostenditur, manducans ac bibens carnem & sanguinē domini sui, quæ verus ille Melchisedech sacerdos in æternum sub specie panis & vini, ipsi de altari suo profert. Carteras huius sacramenti figuras, quæ plurimæ sunt, persequi in præsentiarum super sedebimus, quod hanc institutionem nostram breuitas deceat sufficere admonuisse, per mēna nō tan-

tuna

Typus Christi
Melchisedech

Psal. 109

Hebr. 7

Gene 14

Chryso-
stomi. 34. in
Gene.

Ibidem.

1. Cor. 1

Eph. 2

Coloss. 1

Rom. 4. 5

Gene. 15

Rom. 4

Galat. 3

Gene. 12

Hieron. in

Psal. 109

Exod. 16
Ioan. 6
1. Cor. 10
Augu in
Psal. 39
Ioan. 6
Mat. 26
Marc. 14
Luca. 22
Mod^o mā
ducandi
carnē do-
mini.
Pascas. de
hoc sacra-
mento. c. 4
Augu. de
cōse. di. 2
c. hoc est.

tum verbum Dei, sed & hoc sacramentum pulcherrimē adū-
bratum esse. Qui verò volet cognoscere quā cōueniat figu-
ra veritati, veteres orthodoxos perlegat. Certē Paulus Apo-
stolus testatur, patribus omnia in figura contigisse: Nolo (in-
quit) vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub
nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moy-
se baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam
spiritualem manducarunt, & omnes eūdem potum spiritua-
lem biberunt. Biberunt autem de spirituali consequente eos
petra, petra autem erat Christus. Sed, vt subiecit, non in plu-
ribus eorum beneplacitum est Deo: nā prostrati sunt in de-
serto. Hæc autem in figura facta sunt nostri. &c. Et post pau-
ca: Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Edebāt er-
go illi manna, bibebant de petra, sed aliud illi, aliud nos: illis
imago dabatur, nobis veritas exhibetur: illi māducabant man-
na, vmbra tantum veri panis, qui de cœlo descendit, quē ad
modum Christus ait: Non Moyses dedit vobis panem de cœ-
lo &c, nos corpus & sanguinē Domini in sacramento re ipsa
præsencia edimus. Illis petra erat Christus, sed non aliter
quā in signo & figura, in qua omnia (vti seipsum interpre-
tatur Paulus) contingebant illis. Sed nos edimus ac bibimus
corporis & sanguinis veritatem, eam nobis non petra insensī-
bili, sed ipso Christo porrigēte, qui vt omnem allegoriam &
æquiocationem tolleret, tam diligēter diffiniuit ac descri-
psit, quod dedit, vt accuratius nō potuerit: Hoc est (inquit)
corpus meum. Et addidit, Quod pro vobis tradetur. Itē: Hic
est sanguis meus. Et adiecit, Qui pro vobis & pro multis
effundetur in remissionem peccatorum. totūque modum
manducandi carnem suam, & bibendi sanguinem suum tra-
dens: Hoc (inquit) facite in meam commemorationem.
Proinde cunctis figurarum vel similitudinū nebulis amo-
tis, nō corpus quodlibet, sed corpus Domini, quod pro nobis
traditum est, edere, & illum sanguinem, qui pro nobis effusus
est in remissionem peccatorum, nos bibere indubitato credi-
mus: & quod facit ipse, hoc idem in cōmemorationem ipsius,
scimus & bene scimus nos facere, id est, carnem ipsius mandu-
care, & sanguinem bibere, sub speciebus panis & vini rectum.
Atqui id est quod Augustinus ait, & nos suprā retulim⁹: Hoc
est (inquit) quod dicimus, sacrificium ecclesiæ duobus cōsta-
re, visibili elementorū specie, & inuisibili Domini nostri Iesu
Christi

Christi carne & sanguine, Et iterum: Nos autem in specie pa-
nis & vini quam videmus, res inuisibiles, id est, carnem Chri-
sti & sanguinē, honoramus. Nec enim similiter pendimus has
duas species, sicut ante consecrationem pendebamus, quum
fateamur ante cōsecrationem panem esse & vinum, quod na-
tura formauit: post consecrationem verò, carnem Christi &
sanguinē, quæ benedictio consecrauit.

Quod verò interdum scriptura corpus domini post con-
secrationem panem vocat, more suo facit, quæ res
quallibet vocare solet nominibus earū rerum, ex quibus sūt,
vt quum dicitur homini, Quid superbis terra & cinis? Sic ergo
corpus domini panis adhuc vocatur, quia ex pane conficitur,
& panis retinet qualitates, intuentium oculis adhuc panis ap-
parens. Vel panis dicitur, quod reuera panis animæ sit, & ange-
lorum, vitam æternam mundo ministrans.

Quod si interrogas, cur Christus carnem & sanguinem
suum his speciebus testa & operta nobis exhibeat?
Reipōdemus, id fieri, tum vt fidem tuam exerceat, quæ est de
his quæ non videntur: deinde, ne abhorreat animus, quod cer-
neret oculus carnem & cruorem: denique, ne ridiculum fiat
paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus.

Consecratur autem sub duabus speciebus separatim, tum
quod ita instituerit Christus, tum etiam quod ita fieri cō-
ueniat. nam quum hoc sacrificium sit rememoriuū passionis
dominicæ, conuenit vt separatim panis, & separatim calix cō-
secretur: quoniam & in passione sanguis fuit separatus à cor-
pore, quo etiam significatur Christum verum & non phanta-
sticum corpus assumpsisse. Deinde in duabus speciebus cele-
bratur, vt animæ & carnis susceptio in Christo, & vtriusque
liberatio in nobis significetur. Valet enim ad tuitionem ani-
mæ & corporis, quod percipimus: quia caro Christi pro sa-
lute corporis, sanguis verò pro anima nostra offertur, sicut
præfigurauit Moyses: Caro (inquit) pro corpore vestro of-
fertur, sanguis pro anima. Sub altera tamen specie totus sū-
mitur, Christus, nec plus sub vtraque, nec minus sub altera
tantum sumitur. Nec debent dici duo sacramenta, sed vnum,
quia sub vtraque specie idem sumitur, atq; eadem est ratio (vt
ait Hilarius) in corpore Christi quæ in manna præcessit, de
quo dicitur: Qui plus collegerat, non habuit amplius, nec qui
minus parauerat, habuit minus. Sub panis ergo specie, ex vi

Psal. 78.

Ioan. 6

Amb. lib.
6. de sacr.Cur sepa-
ratim sub
duab⁹ spe-
ciebus con-
secretur.Ambr su-
per epist.
ad Corin.
cap. 11
Roma. 8
1. Theff. 5Hilario de
cōse. dist.
2. cap. vbi
pars est.

(vt vo-

Exod. 16. (vt vocant) sacramenti, Christi corpus continetur. Sanguis vero per concomitantiam. Contra sub specie vini sanguis Christi ex vi continetur sacramenti, per concomitantiam vero & corpus. Nam hoc corpus maducamus, de quo dixit Christus: quod pro vobis tradetur. Et hunc sanguinem bibimus, de quo *Mar. 14.* idem aiebat, Qui pro multis effundetur. At illud corpus viuuum erat, ille itidem sanguis vitalis. Absit enim, vt vel in mentem nostram subeat Christi corpus post resurrectionem, vel à sanguine, vel ab anima, vel à diuinitate separari. Siquidem *Roma. 6.* Christus ex mortuis resurgens, amodo non moritur. Nam qui moreretur, qui mortem moriendo destruxit, & *Osea. 13.* Osea vaticinium consummauit, Ero mors tua ô mors? Et ideo in *Ephes. concilium.* Ephesino concilio contra Nestorium diffinitum est, nos verè viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam carnem percipere. *Augu. de sacra. fid.* Quæ quum ita se habeant, laico molestum esse non debet, ecclesie consuetudinem ac decretum tantisper sequi, donec illi aliter visum erit, ne de exteriori specie tantum sollicitus, virtutem sacramenti, hoc est, ecclesie vnitatem, amittat ne dicamus rumpat, seu dissipet, quemadmodum in Canonibus Concilii prouincialis admonuimus.

Cypria. **A**qua verò in sacrificio altaris vino miscetur, quòd patres aperhibent fieri exemplo & ministerio domini, quòd etsi in euangelio non dicatur expressim, patrum tamen concors testimonium nobis satisfacere debet, maximè quòd illi regionis Iudææ mos suffragetur, quum ibi non merum, sed aqua mixtum vinum ex more bibatur. Quanquam magis intruendū mysterium est. Nam primùm significatur adimpletio figuræ, quæ in lege præcessit, de qua dixit Apostolus: Bibebat autem de spiritali consequente eos petra. Moyles propheta Dei, *1. Cor. 11.* virga (hoc est, verbo dei) tangit petram, & fluxit aqua, & bibit *Num. 20.* populus dei: Tangit sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit in vitam æternam: & bibit populus Dei, qui gratiam consequutus est. Accipite & aliud: Vnus ex militibus tempore dominicæ passionis (quæ representamus in hoc sacrificio) *1. Cor. 11.* lancea latus Christi mortui aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua: aqua, vt emundaret: sanguis vt redimeret. Per *Cyprian.* vinum igitur redemptio, ablutio per aquam significatur. Per *Apoc. 17.* aquam quoque populi significantur, dicente Ioanne: Aquæ *Cum om. ne. de con. secr. dist. 2.* multæ, populi multi. Quum ergo in calice vino aqua miscetur, significatur quòd Christo populus adunatur, & credentiū plebe

plebs ei in quem credit, copulatur.

Cæteros ritus missæ, in qua hoc sacramentum conficitur, De ritibus persequi longum fuerit, nec est necessarium, quum com *Missa.* plures lil elli extent, qui hos omnes sigillatim, & ex professo explicent. De paucis tantum admonebimus. Missa, vocabulū *Quid Missæ* est ex lingua Hebræa mutuatum, quo significare voluerit *se vocabu rum signifi* tres, quod Græci liturgiam vocant, nos sacrum ministeriū appellamus. Quæ, siue vestitum, siue totam sacerdotis aliorum- *cer.* que ministrorum actionē spectes, nihil aliud est quam representatio quædam iucundissima mysterij humanitatis, & præsertim passionis Christi. Nullam enim hinc spectas ceremoniã (vt interim de reliquis sileam) otiosam, quæ non suam peculiarem vim significandi habeat. Constat autem Missa ex duabus potissimum partibus, nêpe ex verbis Domini, quibus corpus & sanguis eius conficitur, quæ recitentur in Canone: hæc esse potissimã Missæ partem, nemo ambigit. Reliqua omnia, *Missa ex duab. par tibus con. stat.* alteram partē dicimus, quæ (vt supra ex Augustino retulimus) *Augu. e. vtrū. de cõ. secr. dist. 2.* nihil aliud continet quam laudes, confessiones, obsecrationes vel petitiones pro populo, antistitibus, & regibus longè omnium pientissimas, quas ecclesia sancta Dei, exemplo capituli sui Christi, huic augustissimo altaris sacrificio adhibendas *Augu. ad Pauli.* decreuit, idque mirabili quadam per orbem terrarum concordia. Nam si quid variant ecclesie diuersæ, in vnitatem catholica perseverantes, id certè parū admodum est, quo res ipsa non variatur. Sequuta est autem (vt iam diximus) ecclesia dominum suum, quem Matthæus testatur, vltimæ cœnæ, in qua corpus & sanguinem porrexit, hymnum addidisse, & tandè hymno dicto exiuisse in montem Oliueti. Ioannes etiã refert, quo *Matt. 26.* pacto pro discipulis & pro tota ecclesia per eorū verbum creditura, potissimum pro eius vnitatem patrem cœlestem orauerit. Porro Paulus apostolus oblationem in cruce factã (quam *Ioan. 16.* ecclesia ex domini sui institutione representare studet) pertraçans, de Christo sic ait: Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesque ad eum qui possit illum saluū facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Quid verò Christus, & pro quibus orauerit, *Hebr. 5.* apud Euangelistas in historia passionis videre est. Insequens igitur ecclesia magistrum suum, Missam orditur à psalmodia. *Luc. 23.* Supplicat deinde Deo cum gloriosa celebratione sanctissimæ *Introitus. Cantica.* Trinitatis in canticis, Kyrie eleyson, & Gloria in excelsis. Et quoniam

1. Cor. 11. quoniam conuenimus ad participandum corpus Domini, si non semper sacramentaliter exteriori participatione, saltem spiritualiter per fidem. Idcirco ecclesia pręparat animos nostros viuo verbo Dei, quod partim ex prophetica seu apostolica, partim ex Euangelica lectione desumit, quibus interserit cantica quędam laudis, Euangelicę lectioni annectit sacrosanctę fidei nostrę professionę seu cōfessionem. Statim post, se ad huius mystici sacrificij celebrationem accingit, pręmissis cantico, quod Offertorium appellamus. Subinde ad potissimam Missę partem (in qua verbis dominicis corpus & sanguis Domini consecrantur) progressura, accepto in manus pane, & calice, gratiarum actionem, quam pręfationę dicimus, simul & hymnum illum angelicum & planę diuinum, ex Esa. cap. vi. & Matth. xxj. desumptum, Deo concinit, imitata quidem dominum suum. nam (vt ait Euangelista) ipse accepto pane, gratias agens, benedixit & fregit. His ergo pręmissis, progreditur ad sacratissimum Canonę, cuius (vt saepe diximus) pręcipua pars hęc est, in qua corpus & sanguis Domini consecrantur. Interim tamen ecclesia, quia sacrificium illud in cruce pro viuis & mortuis in remissionem peccatorum oblatum, ex Christi institutione recolit, insequęs dominum suum varias petitiones, preces, supplicationęque ad Deum effundit: In primis obsequium suum, quod ex iussu Christi obit, acceptum haberi petit. Dein ordine quodam dominũ deprecatur. Primũ pro vnitatę sanctę ac catholicę ecclesię generatim orat: post pro his qui publicę alios regendi ac gubernandi administrationem spiritualement vel ciuilem gerũt: quem deprecandi ordinem ab Apostolo accepit, huc cohortante: **Obsecro** (inquit) primũ omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam ac tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Neque verò tantum pro ciuili magistratu, sed magis etiam pro Ecclesię antistitibus, orandum esse docet idem Paulus Ephes. vj. Colossen. iij. & Lucas Acto. xij. Post obsecrationem pro antistitibus & potestatibus, pro quibusdam etiam specialiter orat, maximę pro his qui circumstant, fidęque ac pio affectu sacerdoti in actione communicant. Et quia non dubium est, nos curę esse sanctis qui cum Deo viuunt, illisque sua esse merita & preces, quibus pro nobis apud Deũ

Vide Aug. epi. 59 ad quest. Pau. i. g. 5 Aug. ad Pauli. 1. Tim. 2.

Orandum etiam pro pontific. quam regibus.

sunt solliciti, quemadmodum pro inuicem vnus eiusdemque corporis sollicita sunt membra, orat sacerdos vt Deus id precibus sanctorum concedat, non vt illorũ, sed suę diuinę protectionis auxilio in omnibus muniamur, idque per Christum Dominum nostrum.

Deinde ad consecrationem corporis & sanguinis dominici processurus, fidem pręambula oratione acuit, qua inter alia oblationem seruitutis suę atque adeo cunctę ecclesię acceptam haberi, & vt nobis corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi, virtute diuini sermonis (quę profert sacerdos) fiat precatur. Accepta quidę semper est patri hostia, quã in altari representamus, quod ad se attinet: ea enim sola patri conparatur. Sed quod ad nos attinet, oblationę seruitutis nostrę acceptam fieri petimus, ne indignę cõrectemus, offeramus, ac māducemus, vtq; nobis virtus passionis Christi in fide manducantibus applicetur. Sequitur deinde corporis & sanguinis Domini consecratio, in qua huius sanctissimi sacramenti institutio, & passionis dominicę vis & efficacia cõmemorantur ac prędicantur: quam comitatur oblatio huius sacrificij representatiua, quod in memoriam Christi domini Dei nostri, & tantę beatę passionis, necnõ ab infernis resurrectionis, & in celos gloriosę ascensionis, diuinę maiestati offerimus de suis donis ac datis. Cui annectitur supplex deprecatio ad Deum, qua petimus, vt participemus corpus & sanguinem dominicum, non ad iudicium seu condemnationem, sed potius vt tali participatione mediante, per Christum dominũ nostrum, gratia cęlesti repleamur. Deinde commendamus domino defunctorum animas, sed eorum tantum, qui nos pręcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Signa fidei, sacramenta sunt, & opera Christiano homine digna. Obdormiunt autem in somno pacis, qui in pace conscientię erga Deum cum certā fiducia remissionis peccatorum lethaliũ, è viuis excesserunt: certissimę credentes, quod sanguis ille pretiosus, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorũ, non solum ad salutem viuentium, verum etiam ad absolutionem valeat mortuorum. Quodq; pietas viuentiũ his defunctis profit, qui cum viuerent, hęc sibi, vt postea possent prodesse, meruerũt. Nam si hoc sanctorum communiõ (quam nos credere profiteamur) significat, quod in illo sanctorum cõtu omnia communiã sint, neque quicquam proprium quenquam habere, omnesque

1. Cor. 11. Quid sanctis tribuatur,

Quare sanctos petat oblationem hanc acceptam haberi.

Math. 17 2. Pet. 1 Hebr. 10. Annunciatio mortis domini etc.

Pro quibus animabus corpore absoluitur orer. Matt. 7. Luca. 6. Coloss. 1. 1. Pet. 3.

omnium aliorū piarū precationes, ac omnia pia opera aliis eiusdem corporis membris prodesse, certè sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis solvantur. Eam autem orationem pro defunctis maximè efficacem esse, par est, quæ sacrificio altaris cōiuncta est. Post orationem pro defunctis, postulatur & pro viuis, de multitudine miserationum domini sperantibus consortium cum sanctis, iam cum Christo regnantibus, idque per eūdem Christum dominum nostrum. Qui statim post, tāquam Dei & hominum mediator, prædicatur omnium horum bonorum author & elargitor, atq; huius sacrificij institutor, cōfecto, & applicator. Iam sacerdos progredi incipit ad participationem diuinissimi sacramenti, ad quam vt rectè præparemur, hortatur alta voce omnes ad orationem dominicam dicendam, in qua inter alia panem hunc supercœlestem nobis dari petim⁹, in cuius calce subnectitur oratio, qua vltima dominicæ orationis precatio magis explicatur. Et quia Christus in mensa sua mysterium vnitatis & pacis nobis consecrauit, sequitur pacis Domini imprecatio: Pax verò Domini, nō quæuis pax est, sed ipsa cordis tranquillitas, quæ solis reconciliatis per fidem, ipsa remissione peccatorum contingit. Iam quia remissio peccatorum, nisi per Dei misericordiam nobis in Christo propositam (quæ fidei obiectū est) omnino haberi non potest, idcirco ad agnum illum Dei conuertimur, qui solus tollit peccata mundi, cuius misericordiam imploramus, & demum pacem eam quam diximus, nobis donari petimus. At præter hanc pacem, quam per fidem habemus erga Deū, alia quoque Domini pax est, hominis videlicet erga seipsum, quæ ex priori proficitur, & per Spiritū sanctū, mortificantem subinde cōcupiscentiam nostram, ne dominetur rursus peccatum in nostro mortali corpore, ingeneratur. Denique pax Domini est charitas fraterna, qua ex animo remittimus proximo, veramque & Christianā cōcordiam cum eo habere per charitatem studemus. Hæc quoque simul cum charitate diffunditur in cordibus nostris per Spiritū sanctū, qui datus est nobis. Extra hanc triplicem pacem Domini, quā ipse abiens nobis reliquit, ac dedit, non est vlla vera pax. Esa. xlvij. Non est pax impiis, dicit Dominus. Triplicem ergo hanc Domini pacem sacerdos petit: priorem in supplicatione ter repetita, quæ incipit Agnus Dei: alteram in ea, quæ incipit, Domine Iesu: tertiam omnes habere iubet, vt apti sint

2. Mac. 11
Nobis quoque &c.
Per quem hæc omnia &c.
1. Tim. 2.
Oremus præceptis, &c.
Matt. 6.
Libera nos quæsumus &c.
Augu. in ser. ad infan. de sacramen.
Roma. 5
Roma. 4
Canticum.
Ioan. 1.
Roma. 8
Roma. 6
Psal 33.
2. Pet. 3
Rom. 5.
Ioan. 14
Agn⁹ dei

sacrosanctis mysteriis Christi, ac sic tandem osculum pacis sumit Christianæ charitatis symbolum. Frangitur interim hostia salutaris, quæ quidem fractio in specie tantum panis fit, quæ post cōsecrationem remanet sine subiecto, Christus verò integer manet & totus in singulis particulis. Fit autè hoc in signo seu sacramento, non sine insigni mysterio. significat enim & repræsentat Christi passionem: quòdque corpus Christi pro multis datum, & à multis participandum sit, quemadmodum diuus Paulus ait: Panis quem frangimus, nōne cōmunicatio corporis Christi est? Per partes itaque manducatur in signo, sed manet integer, totus in substantia: manet integer, totus in corde nostro. Post hæc se ad communionem parat orationes aliquot ad Christum fundens, quibus hoc agit, vt & cordis ad deum excitet affectum, & gratiam dignè sumèdi vitæ panem, impetret. Deinde sumit sacramentum, post sumptionem iterum orat, vt quod suaptum est corporaliter sub sacramento, spiritualiter etiam cum participatione virtutis & effectus sacramenti (de quo latius infra dicemus) percipiatur. Rursus sacra cantio, quod Cōmune vocamus, succinitur. Sequitur precatio. Postremo loco, sacerdos totum populum velut in suam tutelam receptum, deo benedictione tradit atque commendat. Quæ omnia sic agit ac precatur sacerdos, vt interim nihil sibi aut suis meritis aut operibus tribuat, sed cuncta præstari deposcat ex diuinæ misericordiæ magnitudine, per Christū dominum nostrum, per quem vbique optat fructum passionis nobis per fidem applicari, & cætera quæ petuntur, tanquā per mediatorem donari seu propinari.

Q Vid in hoc toto Missæ contextu non est pium, venerandum, ac sacrosanctū? Certè omnino latere necesse est, in ecclesia vix vllum opus esse, quo fides magis exerceatur, & beneficium Christi illustretur, quàm quod in Missa peragitur, si tamen quod agitur, rectè intelligatur, & pio affectu geratur. In primis siquidem hîc necesse est captiuare intellectum in obsequium Christi, vt sub visibilibus speciebus panis & vini, ex omnipotentia verbi dei contineri credamus verum corpus & sanguinem Christi, atque adeò hic nos fallere sensu, ad firmandum cor syncerum sola fides sufficit. Præterea principalis finis institutionis huius sacramenti est, vt sit testimonium & quasi pignus remissionis peccatorum, & futuræ gloriæ nobis per Christū promeritæ. Quī enim Christus

To. 4. Augu. tract. de amicis. Fractio hostiæ salutaris.

1. Cor. 10

Augu. de cōse. dist. 3

Sūprio sacramenti.

Cōmune. vide Aug. epi. 59. ad Paulinū. Christus applicatio nobis fructū passionis sue.

Opus misericordie fidei exercet, et beneficia Christi illustret.
2. Cor. 10
Tho. aq. in hymn.

Ioan 6

nobis corpus suum impertit, & nos sibi tanquã membra adiungit, testatur ad nos suũ beneficiũ pertinere. Sic enim ait: *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo.* Ergo quid magis acuit fidem, quã quũ hoc spectaculum oculis atque animo obiicitur? Adde Missam totam huc spectare, vt in ea Christi beneficiũ annuncietur, prædicetur, illustretur, ac modis omnibus honorificetur. Et quis dubitat, Christum per vsum Missæ, veluti per instrumentum (saltem quum fides his accedit, quæ in ea geri videmus) cõsolari & viuificare conscientiam nostram? Deinde, si annunciatio & prædicatio mortis dominicæ (in qua potissima Euãgelij pars consistit) si inuocatio, gratiarum actio, & confessio, præcipua fidei opera sunt, & præcipui cultus ac opera Deo placetia, atq; ad eò sacrificia spiritualia nouæ legis, quibus Deus sibi honorem haberi pronunciat, ipso testante, qui ait: *Hoc facite in meam commemorationem.* Item: Mortem domini annunciatibus donec veniat. Et Psal. xlix. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Et iterũ: Inuoca me in die tribulationis, & honorificabis me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* Profectò cõsequens est, Missam quam maxime opus fidei esse, & deo placere, quòd tota illa actio constet annunciatioe dominicæ mortis, inuocatione, petitione, obsecratione, gratiarum actione, confessione, & similibus fidei exercitiis, quemadmodum supra ostẽdimus. At eos qui ecclesiã sanctam Dei infectantur, malè habet, quòd missam sacrificium dicimus, quòd defunctorum in Christo memores simus, quòd sanctos in canone (vt dicũt) inuocemus. Proindeque cæco iudicio canonem, qui tot seculis concordi totius ecclesiæ cõsensu sacrosanctus est habitus, temerè reiciunt ac aspernantur.

Actio missæ constat fidei exercitibus.

Ecclesiæ hostes canonẽ infectantur: potissimũ propter tria.

Tit. 1

Consensus

vniuersalis

ecclesiæ

missam sacrificiũ esse testatur

Vide Ire.

lib. 4. contra

hæres.

cap. 63.

Cum quibus nõ est quod cõtendamus, quòd iam sint proprio iudicio condemnati: tantũ de paucis admonebimus pios, ne illorum vel scriptis, vel dictis offendantur. Principiò igitur hoc conuenit, Missam ecclesiæ sacrificium esse: & sic appellatam ab omnibus orthodoxis patribus, qui ab ipsis Apostolorum temporibus in hæc vsque tẽpora ecclesiã & vita & doctrina sua, miraculis etiã comprobata, illustrarunt: inter quos sunt, Ignatius, Clemens, Irenæus, Apostolorum synchroni, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Gregorius. Vniuersalis ergo consensus ecclesiæ, omnium temporum testimonium est omni exceptione maius, Missam

Missam sacrificium esse.

SE D hoc quæritur, Qualenam sacrificium missa sit? Aduersarii fingunt, orthodoxos diffinisse oblationem in Missa sacrificium esse, quòd applicatum pro viuis & pro mortuis, mereatur eis remissionem culpæ & pœnæ, & quidem ex opere operato, etsi nõ accedat fides eorum quibus applicabitur. Fingunt proinde orthodoxos obscurare beneficium Christi, eisdemque rursus crucifigere filium dei, quòd oblationi semel in cruce factæ, sanctificationem pro peccatis nostris detrahant ac Missæ seu verius operi illi externo sacerdotis, tribuant. Verum hæc aspergines aduersariorum non debent vllũ ecclesiæ hominem offedere, quòd longè alia orthodoxorum semper fuerit & sit mens ac sententia, quã isti fingunt. Omnes pii quotquot ab origine mundi vsque in hanc diem fuerunt, Spiritu sancto suggerente ac dictante sciuerunt, vnicum tantũ esse sacrificium propitiatorium seu satisfactorium pro peccatis nostris, imò totius mundi, nimirum Christum dominum, agnum illum immaculatum pro nobis in cruce immolatum, qui occisus perhibetur ab origine mudi. De hoc enim omnis scriptura testatur, quia agnus est qui tollit peccata mundi, qui occisus est, & redemit nos Deo in sanguine suo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Qui dedit animam suam pro delictis, vt videret, semen longæuum. De quo quidem sacrificio, nimirum quo seipsum in manifestatione corporis sui Christus semel tantũ sese Deo patri obtulit, tota semel ad Hebræos epistola concionatur. quam ecclesia subinde inter Missarum celebrationem replicat, cum Paulo libenter pronuntians, quòd Christus pontifex ille sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus, non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes veteris legis) prius pro suis delictis hostiam offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo, nam vt subdit Apostolus. *Per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* Et paulò post. *Neque vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno.* Alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione seculorũ, ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit. Item, Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Item, In qua voluntate

Hoc quæritur qualenam sit sacrificiũ missæ. Aduersarii orthodoxos mendacius traducunt.

Vnicum tantum propitiatorium sacrificiũ pro peccatis.

Hiero. in epistol. ad Gal. c. 2

1. Petri. 1

Ioan. 1

Apoc. 5

Esa. 51

Augu. in lib. senten.

prosper.

Epistolæ ad Hebr.

scopus.

Hebr. 7

Hebr. 9

Hebr. 10

Hebr. 10

Hebr. 10

Hebr. 10

Hebr. 10

Hebr. 10

Hebr. 10

Hebr. 10

Hebr. 10

H ij

sanctificati sumus per oblationē corporis Iesu Christi semel. Et post pauca: Hic vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera dei. Vna enim oblatione consummauit in sempiternū sanctificatos. Qua sentētia toties repetita, quid aliud vult Apostolus, quā vt suis Hebraeis, legalibus ceremoniis assuetis ac deditis, discrimen sacrificiorum veteris legis & sacrificij Christi ostendat, vtque illos doceat, illa omnia veluti vmbra ac signa quaedam promissionis de Christo, in hoc verē vnico propiciatorio sacrificio esse completa, & proinde signari presentia penitus sublata? Hic est enim eius epistola scopus.

Quæ de sacrificio missa sit. **R**estat igitur videre, qualenam sacrificium missa sit. In qua re explicanda, si paulo diutius immoremur, quā Enchiridii breuitas patiatur, nemo nobis vitio verterit, quod operapretium fore putemus, eam materiā quæ hoc seculo vel maximè controuertitur, quā fieri potest dilucidè tractari, expediri que, quo eorum calumnia, qui sacratissimos iuxta ac vtriusque ecclesiæ cultus ac ritus hostiliter insectantur, manifestè deprehēdi possint. Tacemus quod sacrificij rationem ac naturam nosse & tenere, ad multa alia religionis nostræ argumenta penitus percipienda quamplurimum fecerit. Et vt à ratione vocabuli auspicemur, nemo grammatices vtcunque peritus ignorat. Sacrificium à verbo sacrificare deductū, quod est sacrum facere. Sacrum verò significare, quod deo peculiariter dedicatum est, proindeque sacrificium appellari, quod deo veluti ei propriè debitum nuncupamus, offerimus, reddimus, ac dedicamus. Quod vsque adeo verum est, vt ne Ethnici quidem censuerint vlli alii sacrificandum, quā ei, quem deum aut sciuerint, aut putauerint, aut finxerint. Qui etiam non ob hoc culpantur quod sacrificia fecerint, verum quod hæc non secundum inspirationem atque doctrinam veri dei, sed secundum adinventiones proprias, non vero deo, sed idolis & demoniis exhibuerint. Nec demonia quidem sibi sacrificium fieri expeterent, nisi id soli deo vero deberi sciarent. Falsius enim deus sic vult honorari ab his quos decepit, quemadmodum verus deus honoratur ab his quibus confulit. Ergo ad intelligendam sacrificij rationem, hoc tantum nobis indagandum est, quidnam sit, quod deus ab homine tanquam sibi propriè debitum requirat: &, quatenus id deo homo persolvere poterit ac possit. Qui vel primis religionis nostræ

nostræ rudimentis sunt imbuti, sciunt deum non ob vllam indigentiam (quod ipse sibi summum & perfectissimum bonum semper fuerit) sed tantum propter ineffabilem suam bonitatem, omnia tam visibilia quā inuisibilia omnipotenti verbo suo creasse, hominem autem omnium postremo, non vt cetera visibilia, sed ad imaginem & similitudinem suam condidisse, quod non tantum vitam, motum & sensum, sed & mentem & rationem (in qua diuinitatis vestigium relucet) ei indididit. Deinde, quod eundem in paradysum voluptatis collocarit, vt operaretur & custodiret illum, subiectis ei omnibus, vt eorū dominaretur. Et ne quicquam ei deesset, dedisse deum ei edere re ex omni ligno paradisi, in quo & lignum vitæ constituit, vt ex eo vescēs (modò vellet) viueret immortalis: quæ omnia ostendunt deum diuinæ suæ bonitatis diuitias, in vno ligno veluti circumlatas, illustrare voluisse.

Præterea norunt fideles, deum indicibili pietate, quod scilicet non tantum, vt optimus maximusque deus reuereretur, colereturque, sed vt pietissimus pater agnosceretur, paternum quoque officium erga tam mirificè cōditū & tam pulchrè condēcoratū hominem egisse: proindeque, ne is malè vtēs libertatis arbitrio (quod ex summa libertate creatoris acceperat, quid enim libero arbitrio maius?) grauitè impingeret, adiecisse etiam mandata & præcepta, ostendisseque illi bonum & malum, vt si voluisset mandatum conseruare, conseruaretur, & in perpetuum fidem placitam custodiret: hoc est, deum homini præter collatam arbitrij libertatem, addidisse insuper & gratiam, quam si per liberum nō deseruisset arbitrium, eadem adiutrice perpetuò bonus, beatusque esse potuisset: sin deseruisset, morte moreretur, siquidem hoc erat mandatum vitæ & mortis: Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedas. In quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris.

Quid ergo homo pro tot, tantisque beneficiis, quæ gratis conditus, gratis à deo, beneficentissimo creatore, pietissimoque patre acceperat, ipsi deo rursus debebat? Num vt aliquid redderet quod non accepisset? Nequaquam. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? quod ex ipso, & per ipsum, & in ipso sint omnia. Sed hoc tantum debebat, vt perpetuò erectus, & eleuatis semper oculis mentis in deum, nunquam nō intueretur & respiceret in creatorem, ad cuius ima-

Exod. 3.

Gen. 1.

Psal. 103.

Iou. 1.

Coloss. 1.

Gen. 1.

Gen. 2.

Psal. 8.

Gen. 2.

Augu. in

Gen. lib. 3.

c. 25. &

seq.

Augu. de

correp. &

gra. ca. 2.

E. 5. 17

Deut. 32.

Liberum

arbitrium.

Eccle. 15.

Augu. de

cor. &

gra. c. 2.

Gen. 2.

Psal. 115.

Rom. 11.

Eccle. 17.

Coloff. 1
Augu de
doct. Chri
stia. lib. 1.
ginem & similitudinem erat conditus, ut illius omnipotentiam sapientiam, ac bonitatem cōtemplaretur, utque ei, à quo corpus, animam & mentem, & quid non? dono acceperat, & à custodit. Christus verbo ac nutu omnia pēdere cognouerat, soli fideret soli crederet, soli adhereret, soli obediret, solum amaret, solum coleret, solum prādicaret, laudaret, confiteretur, inuocaret, adoraret, glorificaret: solo denique frueretur, in cuius fruitione omnis beatitudo cōsistit. Hęc ergo erant sacrificia laudis, quę deus pro tot, tantisque beneficiis tantum reposebat, idque non propter suam indigentiam, sed magis propter maximam hominis utilitatē, quod sine his beatus esse ac permanere non posset. Potuissetque hęc sacrificia homo ante lapsum, per adiutorium summi dei adiutus, mediante libero arbitrio, deo pręstitisse, quę & pręstitisset, & pręstando immortalis vixisset, nisi deferta ac contempta gratia creatoris, libero arbitrio malē utens, per pręuaricationem mandati in comminatam mortem miserē collapsus fuisset, ipsūque liberum arbitrium in quandam seruitutem peccando pręcipitasset.

Su. cōtra
Fortu. di-
spu. 2. In
enc. c. 105
Bernar. de
aduēru do
mini. ser. 2
2. Tim. 2.
Gene. 3.
N Am postquam serpens diabolus Eux malē credulę (in signi fraude vsus) persuasisset, nō fore deo toto corde credendum, sed de illius summi dei fide (qui ut negare seipsum, ita mentiri nequaquam potest) addubitandum esse, quod suggereret, nequaquam fore ut comedentes de ligno scientię boni & mali, iuxta dei verbum morerentur, sed potius futurum, ut aperirentur oculi eorum, & essent sicut dii, sciētes bonum & malum. Atque sic demētasset mulierem, ut estimaret, deum hanc arborem cōtingi non ob id vetuisse, quod eis pro sua paterna pietate, bonitatēque optimē voluisset, sed magis quod eius arboris fructum ipsis inuidisset, ipsaq; mulier sic demētata, diabolo plus quā deo credidisset, de que arbore verita manducasset, ac viro suo Adę ex eadem prębuisset. Denique ambo mandatum dei violassent, atque adeo sacrificia soli deo debita, nempe perfectam fidem, & absolutā obedientiam, diabolo potius quā deo viuo ac vero exhibere maluissent, protinus omnia in diuersum sunt mutata.

Augu. in
Ge. ad lit-
lib. 8. c. 6.
Augu. in
ench.
Augu. de
ciu. dei. li.
4. c. 15.
2. Senten-
dist. 25.
Integritas enim omnium humanarum virium tam corporis quā animi, per originale peccatū corrupta & vitata est, in cuius locum flagitiosissimi impetus non tantum in corpore, sed & horribiles pestes ac vitia in mente ac voluntate successerunt. In homine enim sunt, ratio seu mens, quę iudicat: voluntas.

voluntas, quę obtemperat vel repugnat iudicio, imperans viribus inferioribus. Inferiores vires sunt, appetitiones sensuū seu affectus carnales. Statim ergo ut primi parētes nostri mandatum Dei pręuaricati sunt, obscurata hominis mens est & ratio, nimirum Deo vultum suum subtrahente, cępitque, protinus humanam mētem occupare Dei ignoratio ac dubitatio diffidentiaque de bonitate Dei, sic ut deinceps homo serpentis astu miserē delusus, putaret non amplius Deo, sed sibi ipsi, suisque propriis viribus magis fidendum fore, iudicaretque (sed cęco iudicio) non expectanda posthac omnia ab offenso Deo, sed potius se sibi prospicere oportere. Quę quidem erga Deum infidelitas, sui que fiducia, omnis mali seminariū est, atque adeo solum peccatum, de quo ut mundum argueret, missus est in orbem terrarum Spiritus sanctus. Hanc vero pestem proximē ac necessariō subsequutum est odium Dei, quę cęperunt primi parentes vacare metu & fiducia Dei, consequens erat, ut non possent eū, cui non credebant aut fidebāt, amare: quin potius eum ut vindicem & ultorem cōmissi peccati horrebant, à voce ac vultu eius trementes, & fugientes ac abscondētes sese. In locum ergo amoris Dei, amor sui successit vitium sanē (ut diximus) omnium pestilentissimum, nimirum quod non Dei voluntati, sed suis affectibus planē obsequendum persuadet, vnde inobedientia erga mandatum Dei profisciscitur, atque obedientia erga Deum, quā solā, omni creaturę rationali sub Deo agenti, virtutem esse, diuus Augustinus asserere non dubitauit, fugatur. Denique amissa integritate virium animę rationalis, amissa firma de Deo notitia, amissis timore & amore Dei, factum est, ut quum iam homo quodammodo esset sine Deo, protinus & necessariō subsequeretur in corpore & viribus inferioribus inordinata concupiscentia, duas potissimum comites supra modum vitiosas post se trahēs, timorem scilicet, & amorem rerum carnalium & externarū. Vbi enim cępisset homo vacare metu Dei, vicissim cępit ea tantum timere quę corpori ac vitę mortali videbantur incommoda aut nocitura: Vbi itidem amisisset verum amorē Dei, ea tantū vehementi impetu cępit concupiscere & diligere & amplecti, quę ad vitam corporalem vel conseruandam, vel fouendā, vel delectandā facere videbantur, Quia tamen vires superiores per peccatū nō extinctę, sed tantum vi-

tiatæ ac corruptæ erant, remanente scilicet singulari Dei benignitate, in natura hominis, iudicio quodam, atque etiã delectu earum rerum quæ sunt subiectæ rationi ac sensui, ineu- tabilis cõflictus & perpetua quædã lucta in homine suborta est, qua ratio contra carnales belligeratur affectus, & subinde vim sustinens, inquietudine carnis perurgente & inuoluntariis motibus fatigata, in fœlicitatis suę deplorat miseriam. Hanc luctam prima non sensit hominis cõditio, sed sequutũ est transgressorem supplicium, & adhasit indiuidua pœna peccato. Immutabile enim decretũ ab æterna lege exierat, concupiscentia affligi & morte puniri peccatorem oportere, nec fieri posse, quin stimulus carnis sine vlla exceptione colaphizaret infirmũ, & vsq; ad dissolutionẽ mors importuna persequeretur carniũ, & vt mors carnis, concupiscentiam interfecaret ludibria, superesset tamẽ post mortem carnis, animæ labor, & afflictio spiritus, mors illa secunda, priore multo acerbior ac grauior.

Quæ omnia quum sic se habeant, & originale peccatũ cum pœna sua à primis parentibus in totam generis huius successionem defluerit, faciliẽ sanẽ deprehendi poterit, nũ amodo in nostra potestate fuerit, post lapsum primorum parẽtum & tantos morbos in nos hereditaria successione deriuatos, ea sacrificia, propter quæ Deo optimo maximo litanda conditi sumus, reddere ac præstare. Nã non statim vt conditi sunt primi parentes, sed posteaquam peccarunt, natum est de illis genus humanum, id est, homo de homine, immundus de immundo conceptus semine, morbosus de morbo- so, obnoxius de debitore, peccator de peccatore, mortalis de mortali, quemadmodum diuus Paulus ait: Per vnum hominem peccatũ in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors. & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Proinde non est natura iustus quisquam, nõ est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, nõ est vsque ad vnum, nimirum quod ex se est, neque Deo pœnitens confidentes, neque Deum ex omnibus animæ viribus amãtes, sed potius pleni terrore mortis & omnium incommodorũ, quæ mortem percurreunt, pleni itidem malæ ac pestiferæ concupiscentiæ, quæ est radix omnium malorum, & lex illa peccati, qua serpens diabolus impios quidẽ ac iniustos veluti sua mæ- cipia captiuos detinet, pios vero exercere, affligere, & quan-

rum potest, à perfectione boni remorari nunquã cessat. Atque hæc ita se habere non vanẽ opinamur, sed experientia ipsa (quæ optima rerũ magistra est) edocemur, atque adeo conscientia, quæ mille testes est, nobisquæ semper scaturientis in- tibus peccati insidias exponit, conuincimur. Paulus Apostolus clamatur: Nõ quod volo bonum, hoc ago, sed quod odio malũ, illud facio. Itẽ, Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum, nam velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Inuenio igitur aliam legem in membris repugnantem legi mentis meæ & captiuantẽ me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Et iterum: Carne seruiõ legi peccati. Itẽ, Sentus seu prudentia carnis mors est, legi enim Dei nõ est subiecta, nec erim potest. Quare si hæc est conditio nostra, quãdiu sumus in Adam, vt legi Dei perfectẽ obedire, aut diabolum nõ in lege peccati captiuantem, nostris tantũ viribus vincere non possimus, dein vt faciamus nõ quæ volumus, sed quæ odimus, denique vt velle nos quod rectũ est sentiamus, sed perficere nõ possimus: sequitur: quod homo post lapsum, nisi redemptus, restitutus ac recõciliatus Deo, ea sacrificia non poterit offerre, ob quæ litanda erat conditus, id est, nõ poterat & ex toto corde Deo fidere, Deum amare, Deo adherere, Deo perfectẽ & absolute obedire. Quamobrem duplici ratione morti erat obnoxius, tum ob immutabile diuini iudicij sententiam, tum quia vim operandi opera vitæ amisisset, scq; in captiuitatẽ diabolicam miserẽ præcipitasset. Ergo alio singulari sacrificio opus erat, quo in primis vinceretur hostis diabolus, & placaretur offensus Deus, vt dein à redemptis, recõciliatis, viuificatis, reparatis, ac Deo rursus vnitis debita iudicia sacrificia persolui possent, defecerant enim (vt diximus) sacrificia laudis post lapsum, quod non sit speciosa laus in ore peccatoris. Et vt Esaias ait: facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Et sicur Apostolus ait: Eramus omnes natura filij iræ, quibus necessarius erat reconciliator, qui hanc irã oblatione placaret, idq; eo (vt diximus) sine vt postquã fiducia hostiæ tam potentis oblata agnosceremus illum sustulisse peccata, reconciliaffe nos Deo, recõciliatõsq; iam habere pacem erga Deum, per eiusmodi fidem iam mortui peccatis, diuini spiritus participes efficeremur. Quo subinde spiritu carnis concupiscentias mortificante, charitatẽque in cordibus

Cypria. de
cardi. ope
Christi. ser
mo. de cir.
Aug. de ci
ui. dei. li. 13
c. 13. 14. 15
Cypri. ser.
de circun.
Gene. 2. 3

Roma. 5. 7

In sola po-
testate no-
stra nõ est
sacrificia
spiritualia
Deo redde-
re.

Augu. de
ver. domi-
ni. ser. 31
de ciu. Dei
c. 13. 14

Roma. 5

Psal. 18

Roma. 3

Roma. 7.

1. Tim. 5

Aug. con

tra. Iul. li.

3. c. 4. vlti.

Cypria. de
cardi. ope.
Christi. ser
mo. de cir-
cum.
Roma. 7
Roma. 8
Hierem
da. aduer.
Pelag.
Aug. de
spiritu &
lit. 1. 36
Augu. de
tempo. ser.
49
Hilarij. in
psal. 18
Au. ten-
chir. c. 30
Item con-
tra Pau.
M. an. lib.
19. ca. 17
Homo ob-
noxius e-
rat morti
duplici ra-
tione.
Eccle. 15
Esa. 64
Eph. 2
Au. in ea
chi. c. 33
Esa. 53
Ioan. 1
Eph. 1. 2
Kom. 5
Roma. 6